

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1552

Autre(s) référence(s) : Fauroux 108 / Tabuteau 188

Auteur(s) : Gérard Flaitel [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1046-1047]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard souscrit la charte par laquelle Gérard Flaitel, devenant moine de Saint-Wandrille malgré son extrême vieillesse, fait don à cette abbaye des églises de Chambois, d'Omméel, d'Avenelles, de Bosguérard-de-Marcouville et de Longueil.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Gurney Daniel, *The Records of the House of Gournay Compiled from Original Documents*, Londres, Nichols, 1848-1858, 4 vol., t. 1, p. 55, n. 1.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1869, t. 3, p. 106.
- c. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, p. 66, n° 22.
- d. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 108, p. 267-269.

Indications

Adigard des Gautries Jean, *Les possessions de l'abbaye de Saint-Wandrille dans la région d'Argentan aux XI^e, XII^e et XIII^e siècles*, BSHAO n°74, 1956, p. 25.

Dissertation critique

L'acte se situe entre 1046, début de l'épiscopat de Guillaume d'Évreux, fils du donateur, qui souscrit l'acte et le 6 mars 1047, ou 1048, date de la mort de l'abbé Gradulphus, cité dans le texte (FAUROUX, p. 268).

Texte établi d'après d

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Sicut terrena possidere ex dono est clementis Dei, sic divinæ gratiæ creditur temporalibus æterna posse mereari. Nemo quippe habet quod non acceperit, qui autem accepit profecto datum est illi divina vero dispositio, omnium est munerum indultrix. Constat igitur humana nos a Deo atque cælestia promereri qui evangelica cuidam multa possidenti turba intonuit : « vendre que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in cælo et veni sequere me ». Ad quam divinæ provocationis vocem et beatæ perfectionis invitationem ego Gerardus cognomento pernotus videlicet Flagitellus, surdus hactenus et valde durus extiti, sed superna tandem miseratione vocatus, et illis pietatis et totius gratiæ

oculis qui Petrum ad lacrimas adque trepidæ negationis lamenta compulerunt respectus atque interna cælestis gratiæ illustratione, que peccatricem interius inflammatam dulci dilectionis igne attraxit, ut exterius auctorem quereret salutis, quem quo ardenter quesivit, eo citius reperire promeruit, corde compuncto motus, devota mente prout facultas arrisit implere hanc vocem divinam proposui. Quare renuntiato laboriosi mundi amore spredoque periculose fluctuationis et instabilis maris naufragio securum totius tempestatis plurimos subito turbine involventis portum monasticæ tranquillitatis, licet in ultimo ætatis senio, expetere deliberavi, ubi vel sero quod hactenus neglexi Deo merear liberius famulari. Ad quam rem abtius explendam cenobium Fontinelle, quod Sancti Petri et beati patris Vuandregisili illustratur nomine et honore, ardenter expetii ibique, deposito mundi honore et onere, mearum rerum donationem, ut potui, et ex quibus valui facere curavi, videlicet æcclesiarum Cambagi et Ulmiri et Avesnelle et Marculfiville, que vulgo dicitur Boscgerard, necnon et illius æcclesiæ qui est in Longoilo villa. Hanc igitur donationem qui infirmare voluerit, divine subjaceat ultioni, nisi resipuerit. Huic cartali conscriptioni, precatu Gradulfi abbatis ejusdem loci ipsius quoque supplicatione Gerardi, auctoritatem suam dederunt comes Nortmannorum Willelmus et patruus ejus, idemque comes Archarum Willelmus, unusquisque pro his quorum sibi pertinet donatio. His testibus : Willelmus episcopus, + Signum Willelmi comitis de Archis. + Signum vicecomitis G. + Signum Anscherii. Signum Rodberti filii G. + Signum Henrici filii Withsonis. + Signum comitis Willelmi Nortmannorum.